DISCVRSVS

D. PETRI CORRADINI

CIVIS SETINI

B. MARIAE VIRGINI,

A C

BEATIS LIDANO, PETRO, ET MARCELLINO

SETINAE CIVITATIS,

ET ECCLESIAE PROTECTORIBVS DICATVS,

IN QVO AVCTOR SETIAM CIVITATEM fuiſſe, & eſſe probat,

AC SVO EPISCOPATV EIVS Eccleſiam inſignitam fuiſſe, & eſſe defendit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMAE, MDCLXXX.
Ex Typographia Michaelis Herculis.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Imprimatur

Si videbitur Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

I. de Angelis Archiep. Vrb. Viceſg.

Imprimatur

Fr. Raymundus Capiſuccus Ord. Præd. Sac. Pal. Apoſt. Mag.

Digitized by Google

QVONIAM ex Vlpiano laudatiſſimo I. C. gloſſa in *l. relegatorum* §. *Conſtitutum, verbo non videtur ff. de interdictis* notauit omnes ferè homines opinione ſua patriam cæteris Vrbibus maiorem eſſe exiſtimare, cum feris datum ſit, agroſque, ſyluaſque quærere, hominibus autem focos patrios ſupra cuncta diligere, vt ait *Caſſiadorus libr.* 1. *epiſt.* 21. *& libr.* 8. *epiſt.* 31. Ideòque qui propriæ Ciuitatis etiam vilis originem eludere, aut euitare ſtudet à Conſtantini reſcripto *in l. fin. C. de municipibus libr.* 10. prohibetur, & impius ab Arcadio Imperatore *in l. Curiales C. ſi Curialis relicta Ciuitate eodem lib.* 10. nuncupatur, à Seneca verò ex oratione de claſſibus infelix exiſtimatur.

Propterea mihi incongruum videbatur Setiam Ciuitatis & Cathedralitatis honore decoratam fuiſſe, atque nunc eſſe probare, nimis enim affectata erit probatio ſi in me erga Patriam tam naturalis conſpicitur affectio *can. accuſatores* 12. 3. *q.* 5.

Quia tamen Patriæ magis quam Parentibus ſum adſtrictus *ex gloſ.* 1. *in l. Militem C. de Procuratoribus*, illique de iure gentium obedire, atque eius onera naturaliter ſum coactus ſubire *per Text. in l.* 2. *cum gloſ. fin. ff. de Iuſt. & Iur. & in l. filijs C. de Decurion. libr.* 10. ac pro ea pugnare Ius me compellit ſub pœna amiſſionis Ciuilitatis ad *Text. in l. veluti* cum ibi notatis *ff. de Iuſt. & iur. Bald. in l. vnuſquiſque C. de Infant. expoſit.* & incurſus in notam

Google

ingrati Ciuis eius Iura tueri præcipit, vt notauit *Lancellot. Gallia conſ.* 1. *numer.* 3. & quia Patriæ nobilitas non parum hominum nobilitatem, gloriam, atque honorem adauget *iuxta gloſ. in l.* 1. *C. de Alex. Primat. lib.* 11. *Tiraquel. de nobilitate cap.* 12. *num.* 1.

Ideo cum Tullio 1. de Orator. nullum incommodum pro Patria graue putandum duxi; & inuidentium præuidendo quærelis Patriæ nobilitatem, & ciuilitatem demonſtrare conabor, nec apud exteros abſque ſide me amor conſtituet, ſi Antiquorum, Iuriſque authoritatibus quæ dicturus ſum confirmabo, quis enim priſcis ſcriptorum monumentis credulitatem ſuam non impartietur ſi in antiquis ad ipſorum relationem eſt recurrendum! ex *gloſ.* 1. *in Extrauag. Antiquorum de pœnitentia & remiſſ. & in cap. Clerici verbo antiquitas de Immunitate Eccleſiaſtica.*

Nec autem Setiæ antiquitas, nec origo altiorem neceſſe habet probationem, cum ea vndique apud veteres Hiſtoricos eluceſcat, quorum memorias fideliter Ioſeph Ciambariconus in deſcript. Setinæ Patriæ recenſet, ſed tantum Setiam inter Ciuitates Antiquis Romanorum temporibus conſtitutam, & in primo Seculo naſcentis Eccleſiæ ſuo Epiſcopatu inſignitam fuiſſe, atque nunc eſſe tueri ſum coactus, id enim quod enixè controuertitur opus eſt diſputare, cum in claris non ſit neceſſaria probatio *l. ille aut ille* §. *cum in verbis ff. de legat.* 3. *l.* 2. *C. de legib.*

Præmittendum tamen priùs duxi Setiam in antiquo Latio ſupra montem poſitam Romanos pluries in bellando ſociaſſe, maximamque ſemper ipſis fidelitatem ſeruaſſe, atque Romanorum Coloniam deductam fuiſſe octauo

anno

anno poſt Vrbem à Gallis captam, anno poſt Vrbem conditam 373. ante Chriſtum 380. teſte Velleio relato *per Pannuin.in ſuis commentar.in tit.de Colonijs, Liuio lib. 7.1.decad.& lib.9.3.decad.& lib.2.4. decad. Patre Roh in vita S.Lidani fol.mihi* 24.*Ferdinand. Vghell. in ſua Italia Sacra tom.*1. *verbo Terracinenſes Epiſcopi fol. mihi* 199. *verſ. Setinum, Patre Kircher. in deſcript. Latij fol. mihi* 242.

Quodque olim Coloniæ in duplici fuerint differentia, aliç enim latinæ, aliæ autem Romanæ, aut Ciuium Romanorum vocabantur, vt obſeruat *Caluinus de uerb.Iur.Ver. Colonia, Roſinus lib.*10.*Rom.Antiq.c.*22.*Beroald.ad Sueton. in Iulio cap.*8. *Pancirol.uariar. cap.*152.*Cuiacius libr.* 10. *obſeruat.cap.*35.*Liuius lib.*42. *Paul. Manut. in Comment. ad lib.*8.*familiar.epiſtol.*1.*& in addit.ad Calepin. uerb. Colonia, Sigon.de Iur.Italiæ lib.*2. *cap.*3.

Quodque Romana illa erat Colonia, in quam deducti Iure Quiritum gaudebant, atque Iura Romanç Ciuitatis poſſidebant, Romanique erant Ciues ſuffragij ferendi poteſtatem habentes, ipſa propterea Colonia erat Romæ effigies, ac Simulacrum teſte *A.Gellio libr.* 12. *Noct. Actic.cap.*13.*Annot.in lib.*4.*Liuij Roſin.lib.*10. *Romæ antiquæ cap.*24.*Sigon.de antiq.Iur. Italiæ libr.*2. *cap.*2. *&* 7. *Amaija in leg.*4 *num.*21.*C.de Iure fiſci lib.*10. *Paul. Manut.in Addit. ad Calepin. uerb. Colonia* vbi ſic ait *Coloniæ Romanæ dicebantur eæ quæ Iura Ciuitatis Romanæ poſſiderent; Itaque Ciues Romani erant & ſuffragij ferendi poteſtatem habebant.*

In Latinam autem Coloniam deducti Ciuilitate Romana non gaudebant, imò eo ipſo quod in eam deducebantur

ſi Ciues Romani erant talem prerogatiuam amittebant, ſic Cicero *in Orat. pro Dom. ſua, & in orat. pro Cecin.* ibi, *Ciues Romanos ſi in Colonias Latinas proficiſcerentur Romanam Ciuitatem amiſiſſe, Boet. in expoſit. Topycorum Sigon. de Iur. antiq. Italiæ lib. 2. cap. 3.*

Aduertendum etiam eſſe putaui, quod Coloniæ non dicebantur Latinę ex quo in Latio poſitæ eſſent, ſed quia ad differentiam Romanarum ſpeciali illo vocabulo ad earum priuilegia differenda Quirites eas vocabant, & deducebant, vt patet ex ſupracitatis, *ac ex Liuij loco lib. 43. alias decad. 5. lib.* 3. qui narrat Senatum Lucio Canuleio commiſiſſe, vt pluribus militibus qui ex Hiſpania venierant aſſignaret oppidum Cartheiæ ad Oceanum, & Cartheiam Latinam Coloniam appellari, & tamen Cartheia non eſt in Latio, ſed in mari Aegeo in Cea Inſula ſub Eubæa, vt probat *Calepin. verb. Carthea verb. Cea, & verbo Euboia*, & idem habetur apud eundem Liuium *lib.* 42. vbi apertè dicit Bononiam Latinam deductam fuiſſe Coloniam, *& in Teſaur. linguæ Latinæ verb. Colonia notatur multas latinas Colonias deductas fuiſſe in Hiſpanas regiones.*

Setia autem licet in Latio poſita non latina, ſed Romana fuit Colonia, vt notauit *Liuius lib.* 8. 1. *decad.* vbi ſic præciſè dicit, *Lucium Annium Setinum, & Lucium Numicium Circeienſem ambos ex Colonijs Romanis, & lib. 7. in fine 1. decad. anno ab V. C.* 413. ibi, *Norbam etiam, atque Setiam finitimas Colonias Romanas incurſione ſubita depopulati ſunt*, quod refert etiam *Sigon. de antiq. Iure Ital. tit. de agro latino cap. 3. Philippus Cluerius Ital. antiq. lib. 3. cap. 8. nu. 20. fol. mihi* 1021. *& nu.* 10.

fol.

fol. 1019. *Sabellicus in ſuis hiſtor. ennead.*4. *lib.*4.*fol.*530. *in fine & *531. *tom.*1. *Tarcagnota in annal. mundi lib.*19. *fol.*616. *in fine* Proindè, & Ciuilitatis Romanæ honorem, & Quiritum conſanguinitatis decorem, omniaque Romanæ Ciuitatis Iura poſſidebat vt dictum eſt; & clarè patet ex oratione in Senatu Romano facta ab Annio Setino, de qua *Liuius d.lib.*8. *prima decad.& Sabellicus* vbi ſupra.

His conſtantèr poſitis neceſſaria oritur conſequentia quod Setia antiquis temporibus Ciuitas fuerit, cum omnes, ſiuè latinæ, ſiuè Romanæ Coloniæ Ciuitates dicerentur.

Quod apertiſſimè probatur, *Primò ex Text. in can.* 1. *&* 2. *diſt.*80. vbi dicitur Epiſcopos creari deberi, & tribui locis, & Ciuitatibus, in quibus olim apud Etnicos erant Primates, & ex his Canonibus, *Rota coram Merlin. dec.* 264. *num.*10. *verſ. de more*, deducit Epiſcopos de more, primi Seculi naſcentis Eccleſiæ tribui debuiſſe huiuſmodi Colonijs; Perneceſſe igitur affirmandum eſt tales Colonias fuiſſe Ciuitates, aliàs enim fas eſſet dicere Epiſcopos tribui potuiſſe Caſtellis, aut terris, quod apertè prohibet, *Text. in can. Epiſcopi* 3. *diſt.* 80. *Concilium Sardicenſe Oecumenicum ſub Iulio I. cap.* 6. *Concil. Laodicenſe ſub Liberio I. cap.* 57. *Concil. Cartaginen:* 2: *cap.* 5: *&c Concil. Toloſan:* 12.*cap:*4.

Confirmatur concluſio in hoc caſu ex loco, *Liuij d. lib.* 8. *decad.* 1. narrantis Lucium Annium Setinum Pretorem fuiſſe Latinorum, & pro arduis Latij negocijs ad Senatum Romanum à Latio Nuncium miſſum fuiſſe; cum

Digitized by Google

igitur Prætoris officium tunc temporis quaſi Imperij maieſtate eſſet inſignitum vt habetur in *l. Ius pluribus*, *§. alia in fine ff. de Iuſt. & Iur.* maiuſque eſſet Pro conſulis dignitate *l. apud eum* 14. *ff. de manumiſſioni*, & ex quo alijs præferebatur eius nomen non rarò pro Principe, vel Senatu vſurpabatur *ex gloſſ. notabili in l. ſi autem* 10. *§. ſi Flumen verbo Prætorem ff. de aqua pluu. arcen.* cuius gradus, & prærogatiua nunc apud Præſides Prouinciarum ſub ſe totius Territorij Officiales habentes conſeruatur iuxta ſingularem *gloſſ. in* §: *Prætorum quoque edicta Ver. edicta in Addit. Incip. & Prætores Inſtit. de Iure natural. &c.*; Conſequens eſt quod Annius vti Prætor primarius Latinorum omnibus Latinis cum conſocio Prætore præeſſet, *Io: de Platea in l.* 1. *in medio verſ. & poteſt C. de Prætor. & honor: lib:* 12: vndè rectè congruunt verba *Text. in d. can.* 1. & 2: *diſt:* 80. literis apertis ea loca, in quibus aderant Gentilium Primates, vel eorum primi Doctores, apud quos Inferiores pro maioribus negocijs recurrebant declarat Ciuitates, cum mandet eis tribuendum eſſe Epiſcopum, qui niſi Ciuitatibus non obſcuri nominis tribui nequit, vt iam probaui.

Neque eſt credendum Latinos glorię auidos ſuperiorem ſibi conſtituiſſe Annium Setiæ natum, ſi Setia non fuiſſet pluribus decorata nobilibus, & inter Latij Ciuitates non emicaſſet, antiquitùs enim Prætor alicuius Prouinciæ nonniſi is, qui natus erat in ipſa Prouincia et in Ciuitate eligi poterat etiamſi alias clariſſimus eſſet *l. tres tantumodò C. de offic. Prætoris l.* 1. *vbi gloſſ. V. nemo C. de Prætor. & honor. lib.* 12. & bene *Anton: Perez in dictum tit.*

num.

Digitized by Google

num. 3. & 4. *fol. mihi* 973. Atque hoc non obſcurè notauit *Sigon. de Antiq. Iure Ital. lib.* 1. *tit. de agro latino cap.* 3., qui Latinos nomine multos eſſe aſſerit, gloria tamen rerum geſtarum illuſtriores Tiburtes, Peneſtinos, Tuſculanos, Albanos, Coranos, atque Setinos fuiſſe concludit.

Secundo probatur ex quo omnes Coloniæ Romanorum, quæ in Latio erant à priſcis Scriptoribus Ciuitates appellantur, ſic Circeium Romanorum Colonia ex Liuio, *lib.* 8. *prima decad. Cic. lib.* 3. *de nat. deor.* Ciuitas nuncupatur à Seruio aliiſque quos congerit *Frater Leand. Albert. in deſcript. Ital. V. Latium littorale fol. mihi* 131. *à terg:* Ita etiam Pontia Ciuitas inter Colonias Romanorum, *à Liu. lib.* 9. reponitur, ſic Norba, Ciuitas Sublacēſis, Ferentinum, Velitræ, Anania, Preneſte, omneſque aliæ Coloniæ, quę tam in antiquo, quam in nouo Latio erant Ciuitates ſepè ſepius *à Liu. Strabon. Sigon.* aliiſque dicuntur, & extra Latium Mutina, Parma, Bononia, alieque Inſignes Ciuitates, vt apud *Calepin. V.* Colonia, atque Ceſaria, Agrippinenſis, & Philippenſis Colonia, Cartago, Vtice, Leptis magna, Ciuitas Emiſenorum, multæquè clariſſimę Vrbes in toto orbe Terrarum à Romanis inter latinas, vel Romanas Colonias adſcriptę fuerunt, vt notatur in *leg. Colonia* 6. & in *leg. in Luſitania* 7. *ff. de Cenſ.* & narrant Strabo, Liuius, Ptolomeus, Tarcagnota, aliiquè veteres.

Si igitur omnes Colonię Romanę in Latio poſitę, immò, & latinę extra Latium Ciuitates etiam inſignes fuerunt, cur non idem dicendum de Setia, quę pariter Romano-rum

rum fuit antiqua Colonia, nonne de ſimilibus idem debet eſſe Iudicium? *l.non poſſunt* 12.*cum leg.ſeq.ff.de legib.* §.*rectè Inſtit. mandanti*.

Tertio apertè hoc deducitur ex authoritate *Sigon. libr.* 2. *de antiq. Iur. Ital. cap.* 2. ſic dicentis *ex quo apparet verè quodam in loco ſcripſiſſe Gellium lib.* 16. *cap.* 13. *Colonias fuiſſe Ciuitates ex Ciuitate Romana quodamodò propagatas*, quod etiam habetur in Thęs. linguæ latinę V. Colonia vbi ſic ſcribitur *Dicebantur Coloniæ minores Vrbes, ad quas habitandas ex maioribus Vrbibus quaſi quædam examina Populorum mittebantur*, *& in fine Colonia Ciuitas eſt à Matrice, ideſt Metropoli Ciuitate deducta*; vndè ſi Colonię erant Ciuitates, & Setia Romana erat Colonia, non eſt dubitandum quod Ciuitas fuerit.

Quarto tandem probatur, quia Ciuitas ea dicitur, quæ ab antiquis alijſque Scriptoribus ita nuncupatur celebris eſt doctrina Baldi in *leg. ex hoc Iure num.* 35. *ff. de Iuſt. & Iur.*; Setia igitur Ciuitas fuit, quia Ciuitas à multis Scriptoribus vocatur, vt ſpecialiter eam Ciuitatem vocant Infraſcripti ideſt.

Martial. lib. 13. *ſuorum Epigram. vbi ſic ait Pendula pontinos quæ ſpectat Setia Campos*, *exigua Vetulos miſit ab Vrbe cados*.

Onufrius Pannuinus in ſuis *Comment. de via Numicia, & Setina ſic dicit Propè viam Appiam fuit etiam Setina*, *quæ in eam incidebat à Setia Vrbe Campaniæ nominata &c.*

Textor. in verb. Setia, ſic ait, *Setia Vrbs eſt Campaniæ ferax optimi Vini*, *& in verb. Vinum dicit Setia Vrbs Campaniæ*.

Et

Et in ſua Cornucopia *verb. Vinum, & vitibus* dicit *Setia Vrbs Campaniæ ſuperbit etiam Vini bonitate.*

Hermannus Torrentinus in *Elucidar. Poetic. litt. s.* ſic ait *Setia Sezza Città, onde vien detto Vino Setino, & in dictione Poetic.* ſic dicit Setia, *Vrbs Campaniæ vndè denominatur Vinum Setinum.*

Perottus in *Commentar. ſuper Epigram.* 53. *ad Decian.* ita dicit *Setia Vrbs Campaniæ, a qua Setinum vinum.*

Pater Felix Felicius à Societate Ieſu in ſuo Onomaſtico hęc verba refert *Sezza Citta mediterranea de Latini.*

Zaccharias Lilius in breuiario orbis Verbo Latium ita diſcurrit, *Setia Vrbs vetuſta arduo in Colle ſita pretioſiſſimi Vini ferax.*

Abraam Ortelius in *Theſaur. geographico lit. S.* ſic ait *Setia Ptolomeo, Liuio latinorum Vrbs mediterranea.*

Io: Britannius in *Commentar. in Satyr. Iuuenal. ſatyr.* 5. ita dicit *Vinum Setinum Diuus Auguſtus prætulit cunctis dictum à Setia Ciuitate Campaniæ.*

Iacobus Nardus Florentinus traductor *hyſtor. Liuij* ſuper Verbis *lib.* 42. *Obſides Cartaginenſium Setiæ cuſtodiebantur*, ita ait *Li Statichi de Cartagineſi erano guardati nella Città di Sezze.*

In Thæſaur. linguæ latinæ lit. S. Verb. Setia ſic ſcribitur. *Setia Vrbs Campaniæ, ex cuius agro Setinum Vinum commendatur.*

Carol, Stephan. in ſuo *Dictionar. hiſtor. & poetic. lit. S.* ita ait, *Setia Vrbs Campaniæ non procul à Terracina Vino generoſo nobilitata, quod ab ea Setinum appellatur.*

Ambros. Calepin. in poſtrema æditione anni 1559. *cum Addit.*

Addit. Pauli Manutij *lit.S.* ſic dicit *Setia Vrbs Campaniæ non procul à Terracina, à qua Setinum Vinum vulgò Sezza.*

Claudius Tholomeus Alexandrinus in ſua geographia, *lib. 3: in deſcript. ſitus Italiæ fol. mihi* 22. ſic ait, *Le Città frà terra de Latini &c. Roma Preneſte &c. Setia &c.*

Tarcagnota in ſuis *Annal. mundi tom. 2. libr.* 31. *fol.* 17. *qui cum Liuio* 2. *lib.* 4. *decad.* narrans Seruos obſidum Carthaginenſium, & Primatuum Setinorum deſtinaſſe Setinos occupatos in aliquibus ſpectaculis obſidere, atque à Senatu Romano ad hoc euitandum miſſum fuiſſe Cornelium Lentulum Romæ Prætorem, Setiam pluriès Ciuitatem enunciat.

Sigon. *lib.* 1. *de Iur. antiq. Ital. cap.* 3. qui numerans omnes Populos Latinarum Ciuitatum qui in anno ab V.C. 255. recuſarunt amplius ſubiectos eſſe Romanis, intèr eos Setinos reponit.

Filippus Ferrarius Alexandrinus in Catalogo Sanctorum, loquens de Sancto Lidano ſic dicit. *Setiæ in Latio Lidanus Monachus Vrbis Patronus, & in pagin.* 404. *mortuus parentibus in ſiluis apud Setinam Ciuitatem permanſit.*

Pater Rhò in Vita dicti Sancti *fol. mihi* 24. vbi ſetiam Ciuitatem Latij principalem vocat.

Philippus Cluerius Italię antiquę *lib.* 3. *cap.* 8. *fol. mihi* 1017. referens verba Strabonis *lib.* 5. ſic dicit. *Ad dexterum viæ latinæ latus inter hanc, & Appiam Vrbes ſunt Setia, & Signia.*

Nec releuat quod Liuius *libr.* 42. anno ab V. C. 556. Setiam Oppidum vocet, vt etiam dicit Marius Niger in ſuis

ſuis Commentar: vbi ſic ait *Setia oppidum nomen priſcum retinens* Ferdinand. Vghell. in ſua *Ital. Sacra tom.* 1. *fol. mihi* 199. *verſ. Setinum* vbi ſic dicit. *Setia per vetuſtum ac nobile oppidum*, & habetur in Atlante Blauij, *tom.* 8. *in deſcript. Latij fol.* 138. ſic dicentis, *occurrit editiore ſitum loco Vetus Oppidum Setia Latinorum oppidum mediterraneum*.

Quia tam in Veteribus Hiſtoriarum monumentis, quam in Iuris Codicibus nomen Oppidi Ciuitatibus etiam primarijs conuenit, videatur Liu. *lib.* 2. anno ab V. C. 261. qui Corioli oppidum modò vocat modo Vrbem, & idem *Liu. lib.* 4, anno ab V. C. 351. qui Antenam Volſcorum òppidum dicit, poſteà verò eam Vrbem vocat, *& lib.* 10. anno ab V. C. 454. eodem modo de Nequino diſcurrit, atquè apertiùs hoc demonſtrarunt *Plin. & Stephan.* relati per *Calepin. Ver. Preneſte*, qui Preneſte Inſignem Ciuitatem, Oppidum vocare conſueuerunt, & *Rub. in Hiſtor. Rauennat. lib.* 1. *fol. mihi* 10. *in princ. Col.* notauit Rauennam Inſignem Vrbem ab antiquis oppidum ſepè ſepiùs fuiſſe nuncupatam, atquè hoc etiã deprehenditur ex *Zacchar. Lilio, in Breuiaro orbis Ver. Latium* qui Coram vetuſtiſſimi nominis oppidum vocat, & tamen Cora à *Carol. Stephan. in ſuo Dict. Hiſtoric. & poetic. lit. C.* Ciuitas nuncupatur, atque à Dardano ædificata dicitur à qua Corani dicti fuerunt, & originem traxit Ancus Publicius, qui vna cum Spurio Vecilio ex Lauinio Pretor fuit electus communi Latinorum conſenſu pacis, bellique arbitrer contra Ancum Romanorum Regem, vt refert *Sigon. de antiq. Iur. Ital. lib.* 1. *cap.* 3. ſic dicens

Digitized by Google

cens *Latinorum ſeparatum reſponſum nullum Anci Regis legatis reddidiſſe, ſed conuocato ad lucum Ferentinæ Concilio communi conſenſu decreuiſſe non eſſe imperio cedendum Romanis, ac peritiores Prætores duos pacis bellique arbitros elegiſſe Ancum Publicium ex Cora & Spurium Vecilium ex Lauinio*.

Atque in Iure habemus exemplum in *præm. ff. in* §. *hæc autem, & in* §. *illud verò penult.* vbi Berytus priùs Ciuitas, poſtea verò oppidum dicitur, cum tamen Berytus Ciuitas ſit Metropolitana in Prouincia feniciæ equalis Tyro conſtituta ab *Imp. Valent. & Theodoſ. in l. vnic. C. de Metropolit. Beryto lib* 11.

Immò antiquitus omnis Ciuitas oppidum dicebatur pretèr Romam, quæ propter excellentiam Vrbs vocari conſueuit, vt notat R*ubeus in hiſtor. Rauen. lib.* 1. *fol. mihi* 10. *Cagnol. in proem. ff. d.* §. *illud vero num.* 274. *Cento Florenius Iuris Conſult. in ſuo conſ. impreſſ. apud Barboſ. in can.* 2. *diſt.* 80. *incip. poſita conſtit. in fin. verſ. non obſtat.*

Aduertendo quod aliqui ex dictis Scriptoribus nominant Setiam oppidum antiqum, aliqui verò nobile, quod Ciuitatis famam indicare ſolet, vt legitur apud *Plaut. in perſa*, qui cum Eleuſipolim ſepiùs Vrbem celeberrimam vocaſſet, poſtea ſic dicit *Eleuſipolim Perſæ cepere antiqum Oppidum* apud *Ciceron. pro Poſtum.* qui Neapolim vocat oppidum Celeberrimum, & meliùs apud *Seru. Sulpit. In Epiſtol. Conſolar ad Ciceron. de morte Tulliæ* qui cum plures Inſignes Vrbes partim vi hoſtili, & partim Terræmotu euerſas dinumeraſſet, ait, *quæ Oppida quodam tempore florentiſſima fuere*, & plures refert

Ti-

Tiraquell. de nobilitate capit. 12. *numer.* 4. *fol. mihi* 49.

Et ſanè ſi nobilitatem vt fieri ſolet ab inſignibus Viris ortum à Setia trahentibus conſiderare exoptemus, Annium Latinorum Prætorem, ac Ducem, & Caium Valerium Flaccum Excellentem priſcis Romanorum temporibus Poetam Setinos fuiſſe ex *Liu. Quintiliano*, & alijs relatis *per Ioſeph. Ciambaricon. in deſcript. Ciuitatis Setinæ fol. mihi* 43. 46. *&* 47. *& Patrem Roh in vita Sancti Lidani folio mihi* 24. habemus; Si verò famam & nobilitatem ex fructibus excellenti quodam modo à Terra productis concipere velimus, vt Iuris eſt & exemplum nobis dant *Ouidius lib.* 6. *Metha.* vbi ſic dicit, *& nobilis ære Corinthus Plin. lib.* 3. *ſuæ hiſtor. natural. cap.* 18. *& lib.* 13. *cap.* 1. & plenè *Tiraquell. de nobilitate cap.* 12. *numer.* 4. quis non videbit Setiam nobilem fuiſſe Vrbem ob famoſiſſima vina quæ producebat tam laudata ab antiquis Scriptoribus quos iam enumeraui vltra quos alios etiam refert *Philip. Cluer. Ital. Antiq. libr.* 3. *cap.* 8. *numer.* 20. *fol. mihi* 1021. *& Strabo lib.* 5.

Neque inferioris conditionis erat Setinorum agrorum fertilitas & amplitudo, quæ non parum ab antiquis exiſtimabatur, vt patet ex *Cicer. in orat. pro lege Agrar. in Rullum* ſic dicente, *Nunquid tantam vim pecuniarum habes? vt emere poſſis agrum Setinum, Albanum, & Cumanum, & ex Plutarch. in Vita Iulij Cæſaris* vbi ſic ait, *Plaudes in Nomentanis, & Setinis deriuare molitus eſt, atque efficere Campum qui multa millia poſſet capere Agricolarum*; ſi autem Ciuitatis nobilitatem, & famam ex gloria rerum geſtarum deprehendere vt moris eſt putemus,

mus, inter alios Latinos, Setinos, ob res geſtas illuſtriores fuiſſe notauit *Sigon. de antiq. Iur. Italiæ iam relatus*.

Et non parum ad nobilitatem Setiæ oſtendendam deſeruit id quod notauit *Onuſrius Pannuinus in ſuis Commentar. de Via Numicia, & Setina*, qui teſtatur propè viam Appiam fuiſſe etiam Setinam à Setia dictam, quam viàm, Setinam appellatam antiquitùs fuiſse notauit etiam Abbas Innocentius Matteius in ſua Tabula Topografica Territorij, & Diſtrictus Romæ ædita anno 1674. vbi recto tramite ponitur via à Roma ad Setiam perueniens Setina nuncupata, hoc autem Setiæ famam, & nobilitatem oſtendit, omnes enim viæ, quæ à Romanis ſpeciali Vrbis, in quam perueniebant nomine vocabantur ipſius Vrbis excellentiam denotare ſolebant, vt videre eſt apud eamdem Tabulam Topograficam Abbatis Innoc. Mattei, in qua Tuſculana, Preneſtina, Albana, Tiburtina, aliæque multæ viæ conſpiciuntur, omnes ad inſignes tunc temporis Ciuitates peruenientes.

Nec turbat quod frater *Leand. Albertus in deſcript. Ital. fol. mihi* 138. *à terg. verbo Latium mediterraneum* Setiam Caſtellum enunciet, Scriptorem enim antiquũ hoc dicentem non refert, immò martialis carmina Setiam Vrbem enunciantia tranſcribit, vndè apertè eius dicta erronea noſcuntur, non tamen de hoc Scriptore eſt mirandum, quia *Plinius etiam in lib.* 3. *ſuæ hiſt. natural. cap.* 13. firmum famoſiſſimam Piceni Ciuitatem ſecundum *Ptolom. & Calepin. verb. firmum Caſtellum vocat*, & Io:Febrinus vulgò *da Fighine* ſuper illo verſu ſeptimi

timi

timi libri Aeneidum *Nos ſuperaduenit Volſca de gente Camilla* Priuernum Ciuitatem, vocat Caſtellum, ſic dicendo *Volſca de gente cioè di vn Caſtello de Volſci, che ſi chiama Priuerno.*

Minùs obſtat *Biond. in Ital. Illuſtrat. fol. mihi* 101. *in princip.* Setiam Terram multum antiquam enuncians: Cum enim Terra deriuet à Territorio, quod dicitur à Terrendo, eo quod Magiſtratus intra eius fines terrendi habeat poteſtatem, *l. pupillus* 239. §. *Territorium ff. de Verbor. ſignificat*: Ideo nomen terræ eſt aptum comprehendere etiam Ciuitatem quæ terræ nomine poteſt Iuridicè vocari, *Text. eſt in cap. cum in partibus de verb. ſignific. Hieron. de monte in tract. finium regundor. cap.* 5: *num.* 9. *Loſæus de Iur. vniuerſ. part.* 1. *cap.* 2. *numer.* 47. *& ſeq.*, & ita in ſpecie reſpondendo aliquibus qui Ciuitatem quamdam, terram vocabant probat Cento Florenius in ſuo *conſil. impreſſo apud Barboſ. in can.* 2. *diſt.* 80. *in fin.* §. *non obſtat tandem* vbi ſatis benè.

Atque hoc etiam patet ex Statutis Setinæ Ciuitatis, in quibus ſepè ſepiùs Setia Ciuitas, & Terra vocatur, & ex *Anibale Caro ſuper verſu* 11. *lib. Eneid. - Priuerno antiqua metabus cum excederet Vrbe*, qui Priuernum etiam Terram vocat ibi - *Priuerno antica Terra*, ac ex eodem *Biond.* vbi ſupra qui Albam etiam Terram vocat, & tamen Alba fuit Regia Ciuitas, vt omnes antiqui profitentur, vtique enim maximum errorem iſti Scriptores commiſiſſent ſi Terræ nomen etiam Ciuitatibus non congruiſſet.

Quod autem Setina Eccleſia fuerit ab antiquo ſuo Epiſcopatu,

Google

patu, & Cathedralitate inſignita euidentibus oſtendam demonſtrationibus.

Et primo ex Veriſimilitudine, quæ vtpotè cognata naturæ ſecundum *Oltrad. conſ.* 13. *in fine Crau. conſil.* 363. *num.* 26. & *ſeq.* habetur pro lege, & veritate *Rimin. Iun. conſil.* 362. *num.* 18. *Crau. conſil.* 61. *num.* 9. *Caſtil. contr. libr.* 5. *part.* 2. *capit.* 63. *per tot.*. Etenim veriſimile eſt quod Summi Pontifices Iuſtitiæ, & veritatis Cultores Setię ſuum Epiſcopum conceſſerint, dum enim ipſi ſtatuerant Epiſcopum ciuitatibus, & Colonijs antiquis tribui debuiſſe, vt ſupra dixi, quis non dicet Setiæ antiquæ Ciuitati, & Romanæ Coloniæ Summos Paſtores Epiſcopum tribuiſſe, ſeſequè legibus ab ipſis prolatis ſuppoſuiſſe, & monitis Apoſtolicis obtemperaſſe iuxta *Text. in can: Iuſtum diſt.* 9. *l. digna vox. C. de legib.* cum ibi notatis.

Secundo apertè probatur ex authoritate eorum qui peruetuſtam S. Lidani vitam conſcripſerunt, qui nonnulla Epiſcoporum Setinorum nomina etiam Venerabilia afferunt; vt videre eſt apud Patrem *Roh* in vita dicti Sancti vbi *fol.* 8. *inter alios legitur B. Dioniſius Epiſcopus Setinus, & ex authoritate Ferdinandi Vghellij in ſua Ital. Sacra tom.* 1. *fol. mihi* 199. *Verſ. Setinum* circa finem hoc idem narrantis, & meliùs ex quodam Breui, in quo legitur quod Polidius Epiſcopus Setinus anno 1080. aſſignauit ſitum in Territorio Setino B. Lidano Abbati ad ædificandum monaſterium, atque ex Inſcriptione exiſtente in Cathedrali Eccleſia Reatina & ex Inſtrumento publico Cōſecrationis ipſius Eccleſiæ Rea-

tinæ

tinæ apud Palatiũ Magiſtratus Setię exiſtente vbi legitur quod de anno 1122. 1. Sept. tempore Vrbani IV. Clexander Epiſcopus Setię cum alijs quatuor Epiſcopis conſecrauit dictam Eccleſiam Reatinam, cum autem verſemur in antiquiſſimis huiuſmodi Inſtrumentis, Chronicis, vel Sanctorum legendis omninò eſt credendum plenè *Grat. diſc. 893. num. 3. & pluribus ſeqq. & num. 30. Rota deciſ. 353. numer. 16. 26. & ſeqq. part. 5. rec. & coram Duran. dec. 331. num. 4.*

Inutilis prorſus eſt circa hoc dubitatio, quod ſcilicet illi Epiſcopi ortum à Setia traxerint, & ob id Setini vocentur; Si enim nomina eorum eſſent expreſſa cum adiuncto Setinæ, & Epiſcopalis Ciuitatis locum tantum haberet obiectio; vt fieri ſolet in his caſibus ab Hiſtoricis, & in noſtra ſpecie practicatum legimus ab eodem *Pat. Roh in vita S. Lidani in fine* vbi ſic ait, *coll'aſſiſtenza di Monſig. Bruſco Setino Veſcouo di Lettera*, ſecus verò ſi prout hic, Epiſcopi Setini, vel Setiæ tantum expreſsè vocentur, quia tunc perneceſſe Epiſcopi Eccleſiæ Cathedralis ipſius loci deſignantur, cum Epiſcopus nomen, & titulum Epiſcopi nonniſi ab Eccleſia Cathedrali deſumere poſſit, vt plenè notat *Frances. de Eccleſ. Cathedr. cap. 15. num. 71. circa finem*, & eſt indubitatum apud omnes, aliàs enim reſultaret abſurdum, quod ſcilicet nominati eſſent illi Epiſcopi à Patria, & non ab Eccleſia Epiſcopali, vt patet ad ſenſum.

Tertio tollitur omnis dubitandi anſa ex Bulla Honorij tertij Summi Pontificis, qui anno 1217. Setinam, & Pipernenſem Eccleſias, Terracinenſi Eccleſiæ vniuit per hęc

verba

verba *Præterea &c. Pipernenſem*, *& Setinam Eccleſias eidem Terracinen. Eccleſiæ in perpetuum vnitas manere decernimus cum omnibus Iuribus, earum rebus, ac pertinentijs, in Eccleſiis, Monaſterijs, præſidijs, Rocchis, atque Caſtellis, quæ ſunt Somninum, Roccha ſicca, Roccha Angurgæ, Magentia, Aſpianum, Treue, Serminetum, Acquapuzza, Baſsianum*, quam de verbo ad verbum refert *Ferdinand. Vghell. in ſua Ital. Sacr. tom.* 1. *fol. mihi* 204. *&* 205; ex hac enim Bulla Vnionis clare patet Eccleſiam Setinam fuiſſe Cathedralem ſuoque Epiſcopatu inſignitam, hæc enim indeterminata denominatio *Eccleſiæ Setinæ*, abſque expreſſione alicuius Sancti, vel adiuncti apud Iuris Interpretes, & de antiquo ſtylo Curiæ Romanæ antonomaſticè de Eccleſia Cathedrali intelligitur ad *Text. in cap. accepimus vbi gloſſ. Verb. in maiori de ætat.*, *& qualit. cap.cum clerici* 19. *vbi gloſſ.V: Eccleſiæ de verbor.ſignific. clem.in pleriſque* 5. *de elect.* & benè notatur in *cap.antiqua* 23.*de priuileg. & in can. de Conſtantinopolitana diſt.*23. *optimè Abbas in cap. cum ſuper* 8. *num.*3. *de ſepultur. Barboſ. de Canon. cap.* 2. *nu.*6. *Gratian: diſc.*893.*numer.* 32. *& ſeq. apertiſſimè Frances de Ecclеſ. Cathedral. cap.*15. *num.*160.*& ſeq. Rota dec.* 233. *numer.* 12. *&* 13. *verſ. idque tanto magis part.* 1. *diuerſ. & in puncto deciſ.* 353. *numer.* 61. 62. *& ſeqq. part.*5. *rec.*

Et quia eodem modo Papa vocat Pipernenſem, Setinam, ac Terracinenſem Eccleſias; Vndè cum ſub nomine Terracinenſis Eccleſiæ perneceſſe Epiſcopatum deſignaſſet, idem quoque deſignaſſe videtur nominando

Piper-

Pipernenſem , & Setinam Eccleſias , quando enim Conſtitutio , vel Bulla ſub vna determinatione plura reſpicit , & comprehendit determinabilia , debet ea pariformiter determinare, *l.nam hoc Iure* , *& l. Lucius ff. de vulg. & pupill.l.quamuis C.de Impub.& alijs ſubſtit. Surd. conſil.* 45. *numer.* 37. *Menoch. conſil.* 88. *numer.* 19.

Tantoque magis , quia Papa vniuit prædictas Eccleſias cum omnibus earum Iuribus , & pertinentijs in Eccleſijs , Monaſterijs , Rocchis , & Caſtellis ; ſi igitur dictæ Eccleſiæ Setina , & Pipernenſis Territorium habebant , & ſub earum iuriſdictione extera Caſtella pertinentias, ac Rocchas tenebant , prout in dicta Bulla, conſequens eſt quod Epiſcopales fuiſſent Eccleſiæ, cum Epiſcopalis illa ſit Eccleſia , quæ vni Ciuitati , lociſque ei ſubiectis præeſt , quorum locorum comprehenſio Diœceſis vocari conſueuit , vt notat *Frances de Eccleſ. Cathedral. cap.*33. *num.*93.

Quod autem nunc Setia ſit Ciuitas eſt indubitatum ; Tum quia eius habitatores Ciues in antiquis enunciatiuis aſſeruntur vt patet ex quodam Inſtrumento conceſſionis cuiuſdam ſitus factæ de anno 1203. à Simeone Epiſcopo Terracinenſe relato per *Ferdinandum Vghellium* , *in ſua Ital. Sacr. tom.* 1. *fol. mihi* 203. , in quo quidam Landulphus Petri de Rainaldo à Robertino Iudice S. R.*E.* Ciuis Setinus vocatur, atque ex tomo Inſtrumentorum exiſtente in Archiuio Communitatis Setię , *fol.* 513. vbi legitur quod de anno 1268. quidam Anibaldus fuit admiſſus in Ciuem, & fuit ei conceſſa Ciuilitas

Ciuita-

Ciuitatis Setiæ, atque ex multis alijs enunciatiuis; quas conſultò omitto, quod quidem non eueniret ſi Setia Ciuitas non exiſteret, cum illi qui non ſunt de Ciuitatibus, ſed de Terris Ciues dici non poſſint per *Text. apertum in Auth. quib. mod. natur. effic. ſui* §. *ſi quis igitur il* 2. *benè Bertachin. in ſuo repertor. Verb. Ciues verſ. Ciues non dicuntur fol. mihi* 309. *à terg. in fine to.* 1. *Marſil. de Bannit. in Verb. Ciuitate num.* 149. *Cohell. ad Bull. bon. Regim. cap.* 10. *num.* 38. Ciuitas enim eſt quaſi Ciuium vnitas *gloſſ. in cap. ſi Ciuitas de ſent. excommunicat. in* 6.

Tum quia in *libr.* 3. *Statutorum Setiæ capit.* 10. Statuitur quod pæna capitali puniantur homicidæ voluntarij appenſatum Committentes delictum, & in alijs *c.* 1. *ſeqq.* ſecundum qualitatem delictorum pæna mortis, exilij, Triremium, & aliæ irrogantur, quas pænas executioni demandatas eſſe à Setiæ Gubernatoribus legitur in *libr. diuerſ. Inſtrum. Communitatis fol. mihi* 631. *& ſeqq.* ex quo apparet plures datas eſſe Sententias exilium perpetuum à Setię Territorio imponentes, & in *d. lib. fol.* 640. conſpicitur ſententia capitalem penam tribuens in vim ſtatuti alicui, qui furatus fuit lata à Laurentio de Caroſis Poteſtate Setiæ de anno 1439. hoc enim Setiam Ciuitatem eſſe demonſtrat, quia etiam locus Iuriſdictionem habens cum mixto Imperio maior Ciuitas nũcupatur ſecundum vulgatam doctrinam, *Bartoli in extrauag. qui ſint rebelles* §. *Lombardiæ num.* 7. *Franc. Marc. dec. Delphin.* 366. *num.* 16. *part.* 1.; cumque preuia confirmatione Pontificia per ſtatuta Setiæ fuerint talia priuilegia

uilegia conceſſa, quæ vt dixi nonniſi maioribus Ciuitatibus poſſunt conpetere non videtur dubitandum, quin Setia Ciuitas ſit plenè *Loſæ:de Iure Vniuerſ.par.*1. *cap.*2. *num.*71.

Tum etiam quia, cum ex narratis Setia fuerit Ciuitas, & ſuum habuerit Epiſcopū, clarum eſt quod continuet eſſe Ciuitas vt innuit *Bart.in d.extrauag. qui ſint Rebelles* §. *Lombardiæ num.*6. *cum alijs vulgar.*

Et quamuis poſſet dubitari an verè nunc Setia Eccleſiam habeat Epiſcopalem, de quo infrà, tamen conceſſo per modum diſcurſus, quod Setia Epiſcopalem Sedem ampliùs non habeat, adhuc indubitatum eſt Ciuitatem eſſe.

Licet enim non paruæ famæ Doctores diſputauerint vtrū poſſit dari Ciuitas ſine Epiſcopo, & negatiuam tenuerint opinionem *Bart.in l.ſi hæres* 76.§.*vicis n.*1.*ff.de legat.*1.*Bald.in l.ex hoc Iure n.*12.*ff.de Iuſtit.* & Iur:ac alij *relati per Solorz.de Iur:Indiar.t:*2.*lib:*3.*c.*5.*n.*21. *Barboſ. in Collect.tex.in c.in illis diſt.*80. *num.*4.

Affirmatiuam verò ſententiam probauerint *Abbas* in *cap.* 1.*de priuileg.* vbi latè *Dec.num.*8. *Bart.*ſibi contrarius in *l.*1. *num.*3. *verſ.vnde poſſibile C.de Metropol. Beryt. libr.* 11., & plenè *bo: me: Fagnan. in cap. Epiſcopalia à num.* 3.*ad* 13. *de priuil. Solorzan. d.cap.*5. *num.*23. *Ripolt. de Regal. cap.*44. *num.*14. & *ſeqq.*

Mediam autem inter Ius Ciuile Epiſcopum ad eſſe Ciuitatis non requirens, ac Ius Canonicum Epiſcopalem dignitatem exigens tenuerit *Barboſ.in paſtor.part.*1.*tit.*1.*cap.* 7. *numer.*8. & *in d.can.in Illis num.*6. *diſt.*80.

Contrariam verò protinùs ſententiam, quod ſcilicet nec

de Iure Ciuili, nec Canonico ad eſſe Ciuitatis Epiſcopus requiratur plenè defenderit, *Franceſ. de Eccleſ. Cathedral. capit.* 4. *numer.* 81. *& ſeqq. & à numer.* 93 *ad num.* 132.

Indubitatum tamen in Italia ex quodam inueterato vſu Ciuitatem non dari ſine Epiſcopo crediderint multi adducti per *Fagnan: in d. cap. Epiſcopalia num.* 14. *de priuileg: Ripolt. de regal. d.cap.*44. *num:*25.

Atque hoc expreſsè negauerit pleniſſimè *Centoflorenius celebris I. C. in ſuo erudito conſil: impreſſ. apud Barbos. in can.in illis diſt.* 80. §.*non obſtat cum ſeqq. fol.mihi* 168.

Quidquid tamen ſit de hac quæſtione, quæ Statum loci, vel oppidi, quod nunquam habuit Epiſcopum preſupponit; euidens eſt, quod Ciuitas illa, quæ antiquitùs Epiſcopalem habuit Eccleſiam, & ſi poſtea Epiſcopo priuetur, neque eum habeat non deſinat eſſe Ciuitas, ſed omnes Ciuitatis prærogatiuas, nomen, ac priuilegia retineat ſic notatur in *can. ita noſ.* 25. *quæſtion.* 2. ex quo communiter notant Canoniſtæ, quod Ciuitas Epiſcopatu priuata ob necem Epiſcopi adhuc remaneat Ciuitas, & in *Can. paſtoralis* 7. *quæſt.* 1. *Bart.in d. extrauag. qui ſint Rebelles verſ. Lombardiæ num.* 5. *in fine* ibi, *& ſic patet quod licet ex cauſa vna Ciuitas priuetur Epiſcopo non tamen per hoc deſinit eſſe Ciuitas, & num.* 6. ſic dicit *Reſpondeo ſi conſtat quod antiquitùs fuerit Ciuitas, licet poſtea Epiſcopum perdiderit Ciuitas eſt propriè*, idem repetit in *l.*1.*numer.*3. *in fine C.de Metropol. Beryt. libr.* 11. *Bald. in l.ſi in aliquam num.*2. *verſ. item ſi Ciuitas ff. de offic. Proconſ. Fagnan. in cap.*1. *num:*8. *verſ. tertio,&*

verſ.

Digitized by Google

verſ. quarto vbi *Dec. num. 9. de priuileg. Barboſ. in d. can. in illis numer. 7. circa finem verſ. aut tandem diſt.* 80. vbi dicit, quod de conſuetudine ſolæ illæ dicuntur Ciuitates, quæ Epiſcopum habent, vel habuerunt, & *conſil. Centoflorenij impreſſ. apud eumdem in* §. *neque etiam in fine fol. mihi* 169. *Gratian. diſcept.* 291. *num.* 37. *& magiſtralitèr Frances de Eccleſ. Cathedral. cap.* 4. *num.* 136. *& pluribus ſeqq.* vbi dicit, quod extincta, vel translata Cathedra Epiſcopi non cenſeantur amiſſa priuilegia Ciuitatis, quodquè illa Ciuitas remaneat, quìdquid ſit, quando Ciuitas proprium necauit Epiſcopum, vel ex aliquo delicto fuit Cathedra priuata, quia tunc licet nomen Ciuitatis retineat, honore tamen Ciuitatis eſt priuata, vt per eumdem *Frances*, & *Addent. ad Bartol: in dicta extrauag. qui ſint Rebelles* §. *Lombardiæ numer.* 5. *liter. A.*

His addenda eſt ſubſcriptio Cardinalis de S. Seuerino qui de anno 1535. in aliquibus ſcripturis ſe Setiæ Gubernatorem ſubſcribit, vt videre eſt in *lib. 5: Statutorum Setinæ Ciuitatis fol. mihi 66.* quod non paruum Setiæ nobilitatis, & Ciuilitatis dat inditium.

Status tandem Cathedralitatis adhùc in Eccleſia Setina perſiſtens vt demonſtretur, eſt accuratè inſpiciendum vtrum prænarrata Vnio Eccleſiarum Setinæ, & Pipernenſis, Eccleſiæ Terracinen. ſit acceſſoriè, vel equè principalitèr à Summis Pontificibus facta; Si enim vnio fuit acceſſoria nec Pipernenſis, nec Setina Eccleſia ampliùs Cathedrales poſſunt vocari, talis enim vnio extinctionem Tituli, & nominis operatur, ſubijcitque

Digitized by Google

vnitas Eccleſias illi, cui ſit Vnio, eaſque partem, & prę-dium Superioris Eccleſiæ efficit, adeò vt dignitas, & Sedes Epiſcopalis apud Eccleſiam, cui fuit facta Vnio permaneat, vt cæteris antiquioribus cumulatis notant communiter *Barboſ. de pot. Epiſcop. part. 3. allegat. 66. num. 34. Viuian. de Iure Patronat. part. 3. lib. 14. cap. 5. num. 18. & ſeqq.* & plenè *Rot. in rec. dec. 30. num. 5. & ſeqq. par. 11. & dec. 148. num. 2. par. 14.*

Si verò vnio equè principalitèr fuit facta, omnes Eccleſiæ in ſuo ſtatu, & honore remanſerunt proprijſque potuerunt frui priuilegijs, & licet plures Cathedrales Eccleſiæ poſſint vocari, cum vnaquæquè ipſarum Epiſcopalem retìneat dignitatem, tamen ſub vno erunt Epiſcopo, qui omnium gubernium retinere poterit, vt notatur in *c. 1. ne Sede Vac. Barboſ. d. allegat. 66. numer. 46. Viuian. d. cap. 5. num. 27. & ſeqq.* plenè *Gratian. diſcept. 892. per tot. & diſcept. 655. num. 1. & ſeqq. Rota coram Coccin. dec. 2138. num. 19. & ſeqq.*

Et quia ad dignoſcendum an vnio ſit acceſſoriè, vel equè principalitèr facta ad Bullam Vnionis eſt recurrendum iuxta *gloſſ. in clem. 2. ver. Eccleſias de præben. Felin. in c. translato num. 6. in fine & num. 7. de Conſtit. & in cap. in noſtra ſub num. 30. verſ. cognoſcimus de reſcript.*

Quod ſi dubietas aliqua exoriatur opus eſt coniecturarum ſubſidium adhibere iuxta *conſil. Ancharan. 114. num. 3. verſ. 3. caſu Menoch. de præſ. lib. 6. præſ. 80. num. 6. Canaler. dec. 330. num. 2.*

Ideo hoc caſu credo, quod ſit ad coniecturas recurrendum; Bulla enim Honorij nullum verbum facit de ſubiectio-

ne

Digitized by Google

ne harum Eccleſiarũ, nec titulum extinguit, immò nec eſt ipſa Bulla vnionis, ſed confirmatoria præcedentis vnionis iam antè annum 1100. ab eius Anteceſſoribus factæ, quæ non reperitur, vt patet ex lectura ipſius Bullæ ibi - *Præterea prædictorum prædeceſſorum noſtrorum veſtigia ſubſequentes*, & manifeſtat ipſa Bulla, in qua nulla fit mentio de Setino, & Pipernenſi Epiſcopo, vt ſolet fieri in ſimilibus Bullis cum expreſſione eorum obitus, cum non ſoleant tales vniones fieri, niſi Epiſcopali Sede Vacante, vt notatur in *can. & temporis* 16. *quæſt.* 1. vbi *gloſſ. & D.D.* & probat *Ferdinand. Vghell. in ſua Ital. Sacra tom.* 1. *verſ. Terracinenſi Epiſcopatui fol. mihi* 195. *& fol.* 196. *in fine verſ. quo verò tempore*, *& fol.* 203. *verſ. idem Honorius Tertius* vbi Bullam Honorij vocat confirmatoriam, ad probandam autem Vnionem, quæ vnam Eccleſiam Cathedralem alteri ſubijciat exactiſſimæ requiruntur probationes iuxta magiſtrales *deciſ. Amat. Dunozett.* 911. *num.* 12. *&* 13. *& Coccin.* 2138. *num.* 7. *& ſeq.*

E' contrà verò ad probandam vnionem eſſe factam equè principalitèr leuiores ſufficiunt probationes *gloſſ. in cap. Eccleſia Sutrina Verbo breuitatem de cauſ. poſſeſ. & proprietat. Dunozett. & Coccin.* vbi ſupra *Reuerendiſſimus de Luca de præeminent. diſc.* 7. *num.* 11. & admittuntur coniecturæ *Caualer. deciſ.* 330. *num.* 2. *Coccin. d. deciſ.* 2138. *numer.* 10. cum ſemper præſumptio ſit vnionem equè principalitèr factam fuiſſe plenè *Grat. diſcep.* 893. *num.* 14. *Caualer. d. deciſ.* 330. *num.* 2. *Coccin. d. deciſ.* 2138. *numer.* 6: *Bich: deciſ.* 665. *num.* 35. *&* Stylus Sedis Apoſto-

poſtolicæ ſit huiuſmodi vniones in hac forma faciendi, nec de facili, cathedram vel diæceſim ſupprimendi, atque antiquiſſima Epiſcopali Sede antiquas Ciuitates priuandi, vt notat *Reuerendiſſimus de Luc.de præeminent. d.diſc.7.num.*10.

In hoc caſu multæ adſunt coniecturę, Eccleſiam Setinam adhùc Cathedralitatem retinere ſuadentes multoſque actus exercere, qui nonniſi Eccleſiæ Cathedrali conuenire poſſunt.

Prima igitur coniectura deſumitur ex quo vſque ab immemorabili tempore, ac de præſenti Eccleſia Setina ſeptem Campanas retinet, & tamen tantum Cathedrali Eccleſiæ conuenit quinque, aut ſeptem habere Campanas, cum talis numerus Collegiatę Eccleſiæ non permittatur *Andreas Caſtaldus in praxi Ceremon. lib.* 1. *ſect.* 3. *capit.*10. *numer.* 2. *&* 3. *Petrus Apaolaza in primum tomum menſæ Euchariſt. excurſ.*4. *ſect.*2. *in princip. & ex Ioſue cap.*6. ac alijs plenè hoc probat *Franceſ. de Eccleſ. Cathedral. cap.*24. *à numer.* 151. vſque ad 156. *& prius numer.* 121. *& ſeq.* in quibus locis nimis eruditè hoc firmat.

Secunda arguitur ex quo iſta Eccleſia actualiter in ſuo ſtatu remanſit, ſuiſque fruitur priuilegijs, & omnes dignitates, & præbendas retinuit, quod non eueniſſet ſi vnio equè principalitèr facta non fuiſſet vt dixi, & plenè probant *Gratian. diſcept.* 992. *num.* 1. *&* 5. *Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. cap* 8. *num.* 118. *Rota Coram Bich. deciſ.* 665. *num.*10. Si enim vnio acceſſoria fuiſſet Iura iſtius Eccleſiæ iam in Terracinenſem tranſiuiſſent, legibuſ-

que

que Terracinenſis, Eccleſia Setina gubernari debuiſſet, vt notat *Franceſ: d.cap:8. num.*113. *Gratian. diſcept.9. num.*20. *& ſeqq.*

Quod verò omnes dignitates, & priuilegia Cathedrali tantum Eccleſiæ conuenientia retinuerit, ac retineat est euidentiſſimum.

Etenim tres reſident in iſta Eccleſia dignitates, Archidiaconus ſcilicet, Archipresbiter, & Præpoſitus, ac multorum Canonicorum Collegium, & meritò quia Cathedralis debet habere Canonicorum Collegium *cap.ne pro defectu de elect. capit. cum dilectus de Conſuetud. cap. quoniam de Vita, & honeſt. Cleric.*, & dignitates præſertim Archipresbiteri *Barbos. de canon. cap.*4. *numer.*5. *Frances. de Eccleſ: Cathedral. capit:* 14. *numer.* 101. *& ſeq:* & Archidiaconi, ſine quo Cathedralis dari non poteſt, cum ad eius Officium ſpectet inſeruire Epiſcopo, eiquè tanquam primus Diaconus in Pontificalibus celebranti miniſtrare vt ſpecialitèr notat *Frances: d.cap.*14 *nu.*128. *& ſeqq.*

Priuilegia etiam retinet, nempè mitram, & Baculum Epiſcopalem, Epiſcopium, & Sedem Epiſcopalem, quam nonniſi in Eccleſia Cathedrali per longum temporis ſpatium Epiſcopus poteſt conſtituere per *Text. apertum in cap.placuit vt nemini* 7. *quæſt.*1. *Mandoſ. conſil.*27. *num.*8., & in puncto quod Cathedralitas Eccleſiæ probetur, ex quo reperiatur ibi fixa Sedes Epiſcopalis probat *Reuerendiſſimus de Luca de præeminent: diſc.*2. *num.* 8. *Manzaned. deciſ.* 865. *numer.* 1. 2. *& ſeqq.*

At-

Atque id apertiùs oſtenditur ex ferè continuà reſidentia Epiſcoporum in Ciuitate Setina, & Pontificalibus functionibus, quas continuò Epiſcopi in dicta Eccleſia exercent, quæ omnia maximum tribuunt Cathedralitatis inditium vt deducitur ex *dict. capit. placuit vt nemini* 7. *quæſt.* 1. & notat *Reuerendiſſimus de Luca d. diſc.* 2. *n.* 12. *Manzaned. d. deciſ.* 865. *à numer.* 1. *ad* 5. *&* *deciſ.* 353. *num.* 60. *part.* 5. *rec.*

Hic autem occurrendum duxi aliquorum opinioni exiſtimantium Epiſcopos Terracinenſes reſidere in Ciuitate Setina ob aeris ſalubritatem, & quia commodiùs ibidem viuere poſſunt, tunc enim tantum electio reſidendi, ac Cathedram conſtituendi in ea Ciuitate vbi commodiùs, & ſalubriùs habitare poterit, ſpectat ad Epiſcopum quando vnio Eccleſiarum Cathedralium equè principaliter eſt facta per *Text. apertum in can. & temporis* 16. *quæſt.* 1. *Rebuff. in praxi vnion. numer.* 20. *&* 21.. quando verò vnio fuit acceſſoria neceſſe eſt quod Epiſcopus reſideat, atque Pontificalia exerceat in Eccleſia cui fuit facta vnio, vt notabiliter diſtinguit *Franceſ. de Eccleſ. Cathedral. cap.* 8. *à numer.* 394. *ad* 396. Ideoque non aeris ſalubritas, neque commoditas, ſed facultas quam de Iure habent Epiſcopi, eos in dicta Eccleſia equè principalitèr vnita reſidere facit.

Probatur tertio Status Cathedralitatis Eccleſiæ Setinæ, ex quo Epiſcopi ab antiquo, & noſtris Temporibus habent in dicta Ciuitate Familiam armatam, Notarium, & Cancellarium, atque in ea tam ipſi, quam eorum Vicarij Generales expediunt omnia ferè negocia totius

Diæ-

Diœceſis puniendo,& in publicis Epiſcopalis Tribunalis Carceribus omnes Diœcæſanos, etiamque Terracinenſes detinendo atquè in eorum cauſis quaſcunquè promulgando ſententias, hoc enim non potuiſſent facere Epiſcopi, neque permitterent Diœceſani ſi Eccleſia Setina antiquum Cathedralitatis ſtatum non retineret, cum Epiſcopus per longum tempus Tribunal à Ciuitate Epiſcopali amouere nequeat *Gemin.in capit. cum Epiſcopus in fine*, & ibi *Francus: numer. 4. in gloſſ. fin. de Offic. Ordinar: in 6. Mandoſ. conſil.27.numer.8. Gratian: diſcept: 655. numer. 27. & numer. 44. & ſeqq: Gonzalez ad regul. 8. Cancellar: gloſſ.43. num. 192. fol: mihi 531.*, Cum autem vnitæ reperiantur Eccleſię equè principalitèr benè permiſſum eſt Epiſcopis degentibus in Ciuitate Setina expedire etiam negotia Eccleſiæ Terracinenſis, & Pipernenſis, quarum omnium vnitarum habent gubernium *Innocen: in cap. nouit. de offic. legat. Zaſius in l. extra Territorium vlt. num.18. col. 4. ad med. verſ. quartò limitate ff. de Iuriſdict. omn. Iudic. Franciſc: Marc. dec. Delfin.341. numer.4. part.1. latè Gratian. d.diſcept.655. num.18.& 20. ac ſeqq. Rota dec.191. num.5. & ſeq. part.9. rec.*

Quarto apertè deducitur ex Intitulationibus Epiſcoporum in marmoreis lapidibus regiſtratis, in quibus Epiſcopi, Setini, & Terracinenſes nuncupantur, vt conſpicitur in Eccleſia Setina ante Altare maius vbi hæc adeſt marmorea Inſcriptio.

cleſiæ, quod ex ſupradictis vnioni equè principalitèr factæ repugnare videtur.

Hoc tamen à veritatis primordio multum eſt alienum, poteſt enim vnio Eccleſiarum eſſe equè principalitèr facta, & tamen dari à Pontifice facultas de omnibus rebus ſub Iuriſdictione Eccleſiæ vnitæ exiſtentibus illi Epiſcopo, qui Epiſcopatum retinebat, & viuebat de tempore factæ vnionis per *Text apertum in capit. & temporis 16. quæſt. 1.* immò natura ipſius vnionis equè principalitèr factæ eſt, vt vnus Epiſcopus ſubditas habeat omnes Eccleſias vnitas, vt iam probatum eſt.

Secundo multum videtur obſtare, quod Epiſcopi in die Cænæ Domini Chriſma conficiunt, & functiones Sanctas celebrant in Eccleſia Terracinenſi, nec adeſt memoria, quod vnquam in Eccleſia Setina Chriſma poſt vnionem confecerint, hoc autem de directo vnioni equè principalièr factæ repugnare videtur, ſi enim talis fuiſſet vnio Epiſcopis neceſſe habebant Chriſma conficere vno anno in Eccleſia Terracinenſi, altero in Setina, ac altero in Pipernenſi vt per *Text. in capit. te referente 12. de celebrat. Miſſar.* concludit ibidem *Abbas in fine Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. part. 2. alleg. 31. num. 5. in med.*

Sed nec iſtud obiectum releuat *Tex. enim in d. c. te referente* tantum dicit, quod Epiſcopus teneatur in Cathedrali die Cænæ Domini Chriſma conficere, non autem tranſit ad hanc quæſtionem quid ſcilicet faciendum ſit quando Epiſcopus plures habet Cathedrales equè principaliter vnitas, & licet *Abb. & Barboſ.* ſupracitati hanc

attin-

attingant quæſtionem, & reſoluant alternatis annis teneri Epiſcopum Crhiſma in vtraq; Cathedrali conficere, eorum tamen opinio eſt manifeſtè erronea, quia baſem habet fundamentalem doctrinam *Hoſtienſ. in d. capit. te referente ſub numer.* 3. *verſ. ſin autem*, qui non dicit Epiſcopum teneri, ſed poſſe Chriſma vno anno in vna Eccleſiâ, & altero in alia conficere, vt concludit etiam *Cardinalis Zabarella in d. capit. te referente in fine* ibi *Sed poterit ſecundum Hoſtienſem Epiſcopus vno anno conficere in vna Eccleſia, & alio in alia, & Anton. de Butrio numer.* 3. *in fine Ioan: Andreas ſub numer.* 2. *in fine* quod non indicat neceſſitatem Epiſcopi alternatim Chriſma conficiendi, ſed quamdam decentiam in ipſius voluntate repoſitam, vt ſpecialitèr notat *Gratian: diſcept. for: capit.* 655. *numer.* 74: & 75. *Franceſ. de Eccleſ. Cathedral: capit.* 8. *numer.* 373. & 374. vbi etiam *numer.* 361. §. *Sacra Congregatio verſ. ad Tertium* refert reſolutionem Sac. Congregationis Concilij mandantis Clerum vnius Eccleſię Epiſcopalis vnitę teneri Sacrum Oleum accipere ab Epiſcopo illud in alia Eccleſia Cathedrali conficiente: Vndè ex hoc non poteſt ſufficiens deſumi Coniectura Cathedralitatis excluſiua, quia ſi Epiſcopi confecerunt ſemper Chriſma in Eccleſia Terracinenſi, id poterant agere abſque prædicio Cathedralitatis Setinę Eccleſiæ.

Tertio non parum obſtat, quod Epiſcopi ſoleant Synodum generalem in Terracinenſi Ciuitate conuocare, & Clerum tam Setinę, quam Piperhenſis Eccleſię ad intereſſendum dictæ Synodo cogere, quod Cathedra-

lita-

litatis ſtatui videtur eſſe contrarium.

Hoc autem obiectum etiam eſt friuolum, cum Epiſcopo habenti plures Eccleſias equè principalitèr vnitas ſit permiſſum conuocare Synodum in Ciuitate vbi voluerit, & Clerum alterius Ciuitatis ad intereſſendum dictæ Synodo cogere vt per *Text. in Can. Abbates pro humilitate* 18. *quæſt.* 2. multas adducens rationes probat *Grat. d.cap.*655. *à numer.*29. *ad* 43. *Franceſ. de Eccleſ. Chathedral. d.cap.*8. *num.*371. *Rota deciſ.* 191. *numer.*8. *&* 9. *part.* 9. *rec.*

Quarto obeſſe videtur, quod ferè ſemper Epiſcopi ſoleant intitulari Terracinenſes, non autem Setini, vel Pipernenſes, & tamen ſi vnio equè principalitèr facta fuiſſet Epiſcopi, Setinos etiam ſe intitulaſſent, præſertim quãdo in Setina Ciuitate reſidebant, vt notat *Gonzal. ad regul.*8. *Cancell. gloſs*: 5. §. 7. *numer.* 29. *&* 30. *plenè Franceſ. de Eccleſ. Cathedral. d. cap.* 8. *numer.* 366. *& ſeq.* vbi *num.*361. *in fine* refert reſolutionem Congregationis Concilij arctantem Epiſcopum duorum Epiſcopatuum equè principalitèr vnitorum ad ſe intitulandum Epiſcopum amborum Epiſcopatuum.

Sed reſpondetur, quod quidquid ſit vtrum Epiſcopus in omnibus actibus omnium Epiſcopatuum debeat habere intitulationem quod apertè negarunt adducti pet *Reuerendiſſ. de Luca de præeminent. diſc.*2. *n.*9.

Clarum eſt, quod ſufficit Epiſcopos quandoque ſe intitulaſſe, & denominaſſe Eccleſiarum vnitarum, vt omnes Cathedrales vnitæ retineant ſuas prærogatiuas, & vnio cenſeatur equè principalitèr facta R*ota coram Caualer.d.*

dec.

dec: 330. *in fine* Reuerendiſſ. *de Luca d. diſc.* 2. *n.* 9. quod fecerunt Epiſcopi, qui pluriès Setinæ Eccleſiæ titulo ſe denominarut vt ſupra dictum eſt.

Obſtat tandem, quod Eccleſia Setina ſoleat Collegiata vocari, hoc tamen non concludit, quia non repugnat continuationi Cathedralitatis ipſa erectio Cathedralis in Collegiatam tanto igitur minus ſola denominatio, vt in puncto plenè probat *Rota coram Bichio deciſ.* 665. *num.* 44. *& ſeqq.*

Cætera prętereo, & eruditiori calamo conſcribenda permitto.

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE